

Jacob Lembke

**Jacobus Lembke/ U.I.D. eiusdemq[ue] Prof. Publ. ac ad hunc Actum Decanus,
Suo & Amplissimae Facultatis Iuridicae nomine, ad Disputationem Inauguralem,
quam pro Licentia, Summos in utroque lute honores consequendi, Clarissimus
Candidatus Dn. Joachimus Gothofredus Stemwede, Sverino Mecklenburgicus, In
Auditorio Maiori, Ad diem IX. Iulii, horis ante & pomeridianis solenniter
habendam constituit Magnif. Dn. Rectorem, observantia & humanitate invitat :
[Rostochi[i] Sub Sigillo Facult. Iurid. die 28. Iunii, A. 1685.]**

Rostochi[i]: Weplingius, [1685]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn74170756X>

Druck Freier  Zugang



Verhandlungen vor Krieg.

Ru für 1685

Jacob Lembke, Jr.

Joachim Gottfr. Stemwede, Rpp.

Mit Notz



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74170756X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74170756X/phys_0002)

DFG

JACOBUS

 emb̄e/ U.J.D.

ejusdemq; Prof. Publ. ac ad hunc Actum

DECANUS,

Suo & Amplissimæ Facultatis Juridicæ
nomine,

ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM,

quam pro LICENTIA,

Summos in utroq; Jure honores consequendi,

CLARISSIMUS CANDIDATUS

DN. JOACHIMUS GOTHO- FREDUS STEMWEDE,


Sverino Mecklenburgicus,

IN AUDITORIO MAIORI,

*Ad diem IX. Julii, horis ante & pomeridianis
solemniter habendam constituit,*

Magnif. Dn. RECTOREM, Omnes omnium
Facultatum DNN. Professores, Doctores, Licentiatos, ver-
bi Divini Ministros, Philosophiae Magistros, suis titulis & honoribus
splendidissimos, Nobilissimam Studiosorum Coronam, omnesque adeo
Literatos, Literarumque Fautores, ea, qvā par est, observantia
& humanitate invitata.

Rostocki, Characteribus IOH. WEPPLINGII, Acad. Typogr.



Itē carere, non minima pars
est beatitudinis in vita mortali, se-
cundum Petr. Greg. Tholosan. in Syn-
tag. Jur. Lib. 40. II. n. 3. Tum propter
sumptus immensos, qvi qvotidie
erogandi veniunt arg. l. 51. ff. d. pe-
cul. litigari enim absqve pecunia
nunquam potest l. 79. ff. d. judic.
sed prima, media & ultima cautio
litigiorum est de expensis solven-
dis & insumendis Auth. offeratur. C. de litis contest. Ventur. de
Valent. in Partben. litig. lib. I. c. 4. n. 5. ut verè dictum videatur,
satis lucrari eum, qvi à lite discesserit. Petr. Gregor. Tholos. Syn-
tagm. Jur. Lib. 47. cap. I. n. 12. Unde litigantes similes esse
Chymistis, ait Carpzov. part. I. Const. I. def. I. n. 4. qvi sicut la-
boriosi qværunt lapidem, donec omnia dilapidaverint, ita litigantes
& se & opes conterunt, donec tristissimum litis even-
tum experiantur, & Chymistarum præmium, nimirum pau-
pertatem, sentiant. Tum propter diuturnitatem ac jacturam
temporis, cùm lites soleant esse immortales & vitæ hominum
modum excedant l. 13. pr. C. d. judic. Qvod malum etiam
summum Imperii Tribunal Spirens invasisse videtur, ut fere
pudeat referre, qvod impudenter nonnulli evomunt: Spiræ
lites spirare, nunquam exspirare, litigantes diu sperare, nun-
quam adspirare. Ventur. de Valent. in partb. litig. lib. I. cap. I.
n. 22. Tum propter varias molestias, vanam spem, timorem,
curas ac labores, qvæ omnia litigantes exercere solent, qvæque
rotiens qvotiens eos devorare oportet, non aliter atqve pillu-
las. Bodin. de Republ. c. 6. n. 464. Tum propter juramenta, qvæ
sæpius vix sine aliqua labecula conscientiæ præstari possunt.
Tum propter discordiam, rixas, inimicitias, ac rancorem ani-
morum, qvi ex litibus oritur, calumniasq; qvibus actor reum, &
reu-

reus vicissima actorem proscindere solet. arg. l. 20. ibi sed si ali-
qua ff. de Obl. & ast. Pauci enim sunt, in quos illud Germani-
cum: Der Sachen Feind/ der Personum Freund/ cadit, dicente
Keller. de offic. jurid. polit. cap. 7, p. 327. Tum tandem proptere-
ventum litis, uti belli, valde dubium l. 51. ff. de pecul. l. 78. ff. ad
Sciūm Trebell. quo contingit, ut multi etiam sub justo clypeo
pereant. Petr. Heig. part. 1. quest. 12. n. 5. Ut maximè enim
causa habeatur justa, nec non patrocinium Advocati omni
præstitum sit opera ac industria, nihilominus tamen incerta est
victoria, cum non semper laborem sequatur effectus c. 10. ibi:
quippe X. de renunciat. & fieri possit, ut judex recte ac legitime
sententiā ferat, fieri etiam possit, ut ob inimicitiam, amicitiam,
imperitiam, gratiam vel sorores iniqvè decernat, ac à veri ac ju-
stitia & tramite aberret. arg. l. 55. ff. d. re judic. l. 15. §. 1. ff. de judic.
Hinc verissimè dixit, quisquis dixit: Sententiam Judicis atque
litis victoriam inter casus fortuitos referri. Ventur. de Valent.
in Parib. litig. lib. 1. cap. II. n. 2. Omnia hæc in commoda li-
tium Mediolani, Prætorio, his verbis inscripta reperiuntur:
In controversiis causarum capitales inimicitiae oriuntur, fit amissio
expensarum, laboranimi exercetur, corpus quotidie fatigatur, mul-
ta & inbone facta crimina inde consequuntur: Bona & Utilia opera
postponuntur; Et qui sèpè credunt obtinere, freqventer succum-
bunt, ac si obtinent: ut refert Chytr. in delit. itin. pag. 244. Qvia
vero, ut prudenter dici solet, fortunæ arbitrio haud com-
mittendum est, qvod per concordiam componi potest. Kni-
chen. de Jure Sax. cap. 3. fol. 26. hinc litigaturis longe consul-
tius est, ut prius amicabilem compositionem querant, &
super re dubia potius transigant, quam Judicis decisum ef-
flagitent, magisqve sibi prospiciunt, concordiam prius ten-
tantes, quam ad processum Juris recurrentes c. 1. X.d. mut.
petit. c. ult. X.d. transact. Nec enim injustis etiam litigiis Chri-
stiani ad altercationem commoveri, nec turpe ducere de-
bent

bent cedere, quasi quid de jure suo diffidere videantur, quia
salubris est detestatio litium. *Carpzov. lib. 2. Rep. 51. n. 15.* &
qui execratur illas ejus verecundia non est vituperanda *l. 4.*
§. 1. ff. d. alienat. jud. mut. caus. sed potius haec cogitatio laus-
danda, siquidem lites & Legibus, & Papæ, & Imperatori,
& omnibus probis viris esse odiosas, notat *Pacian. vol. 1. conf.*
4. n. 1. Et licet ab amicabili compositione partes sc̄epius Ad-
vocati & mandatarii dehortentur; quippe qvorum marsu-
pium non tumescit, quando silent in judicio lites, qvod ta-
men hydropticum exoptant, ut loquitur *Carpzov. part. 3. de-*
ſiſ. 246. n. 4. ipsis tamen invitatis aut insciis, lite licet jam in
judicium deducta, transactionem super ea valere, non
est dubitandum. Etenim cum pars litigans mandatum
plane revocare, & mandatario valedicere, lite etiam
contestata, interveniente justa & sufficiente causa, possit.
l. 17. l. 65. in fin. ff. de procurat. Felin. in cap. ex parte
Decani n. 21. X. de rescript. certe nunquam causa justior
& magis sufficiens ad mandatum revocandum, qvam
si lis amicabiliter fuerit finita, excogitari potest. Et
licet per litis contestationem in judicio quasi contrahatur
l. 3. §. 11. ff. d. pecul. imo procurator post illam fiat litis do-
minus *l. 23. C. d. procurat.* prius tamen respectu litigantium
saltē, non vero procuratoris, posterius autem non omnino,
sed ratione certorum saltē effectuum verum est, unde neu-
trum transactioni huic obicem ponere valet. Vid. *Carpzov.*
dict. decif. 246. Imo litigantes ipos solum audire in Judicio,
sine Advocatis multum sape juvare, usu compertum esse, di-
cit *Mevius part. 3. decif. 300. n. 4.* Non solum autem Litigatu-
ris consultius est, viam amicabilis compositionis potius am-
bulare, & amore pacis, de jure suo paululum cedere, qvam
in judicio de tota causa periclitari, sed etiam Magistratui ac
Judici circa concordiam magis, qvam circa justiciam studen-
dum

dum est. Guevarr. lib. 2. horolog. Princip. c. 38. Inde non sal-
tem laudabiliter à Judicibus tentatur concordia inter partes,
antequam ad processum deveniatur. Faber in Cod. lib. 9. tit.
22. sed etiam illorum officio, ut id faciant, omnino incum-
bit. l. 13. §. 3. ff. d. ususfr. l. 21. ff. d. reb. cred. c. 1. X. d. mut. petit.
c. ult. X. d. transact. c. 15. x. d. simon. can. si illis. 23. q. 4. Weo-
senber. lib. 1. cons. 21. n. 14. Thelos. in Syntagm. Jur. lib. 47. cap.
1. n. 14. Carpzov. lib. 2. Resp. 51. n. 7. Pertinet enim ad offi-
cium judicum lites diminuere d. l. 21. ff. d. reb. cred. & fomen-
ta ac occasiones illarum tollere, &, si fieri possit, restringe
re, non autem laxare, ne finis unius litis fiat alterius prin-
cipium. l. 13. C. d. judic. l. 20. C. d. agric. l. 11. C. d. reb. cred. in-
terestque Reipubl. potius concordia lites componi, quam
multos per annos, haud sine discordia civium agitari l. fin. ff.
pro suo l. 2. C. d. re judic. Ventur. de Valent. in Partb. litig. lib. 2.
cap. 4. n. 14. Qvæ res causam dedit in omnibus fere Euro-
pæ provinciis statuto: ut lis omnis concorditer & amicabili-
ter componatur, anteqvam litis & processus via tentetur, ut
de Gallia testatur Faber. in Cod. lib. 9. tit. 22. de Italia Fulgos. Cons.
152. de Germania. Ventur. de Valent. dict. cap. 4. n. 10. Idem
in specie in Provinciis Electoratus Saxonici observari, salu-
berrime jubet Ordin. Process. tit. 1. §. besonders aber: ibi: Da-
mit nicht leichtlichen und ohne unterscheidt / die Zwischen den Par-
teyen entstandene Irrungen / in weitläufigen Process gewiesen/
sondern so viel immer möglich / zu vor versucht / ob die Par-
teyen entweder auff billige Masse in gutem zubergleichen &c. vid.
Carpzov. in Process. tit. 10. art. 1. n. 22. Idqve in tantum obti-
net, ut quamvis ad instantiam partium Commissarii, ad faci-
liorem audientiam obtinendam, & minores sumptus faci-
endos fuerint delegati, ii tamen semper concordiam tentent,
priusquam processus viam aperiant. Carpzov. lib. 2. Resp. 51. n.
9. & seqq. Amicabili autem hac compositione à Judice te-
mere

mere neglecta, processus non est nullus, nec reus ab observatione judicij absolvendus, sed respondere nihilominus tenetur. Pruckmann. vol. 1. Cons. 42. n. 1. &cqq. Carpzov. part. 1. const. 1. def. 10. n. 13. Multo vero minus litigaturi, inviti & te-luctantes ad amicabilem compositionem regulariter cogi pos-sunt, sed tunc proceſsum admittere tenetur judex. Ayrer. proc. Jur. part. 1. cap. 2. Observ. 3. n. 9. ibid. Dd. alleg. Carpzov. d. part. 1. const. 1. def. 11. Nemo quippe jure compellitur ad transigen-dum vel paciscendum l. 3. §. 1. ff. d. recept. arbitr. l. 56. §. 1. ff. d. evict. l. 41. C. d. transact. l. 16. C. d. jure delib. Nov. 124. cap. 4. Gail. lib. 2. d. pac. publ. cap. 18. n. 9. Hinc vulgo dici solet, concordiam svaderi, non imperari posse, aut pacem esse bonum persua-sibile, non compulsibile. Menoch. de arbitr. judic. quest. lib. 2. cent. 5. cas. 242. n. 8. Dantur tamen nonnulli calus, quibus litigan-tes aut litigaturi ad amicabilem compositionem compelli pos-sunt, maximè quando lis vertitur apud judicem seu Magistra-tum superiorem. Matth. de Afflict. decis. 149. n. 7. & 8. inter quos præcipui sunt. 1. si lis sit de alimentis. Ventur. de Valent. lib. 2. cap. 4. n. 22. 2. si dissensio sit inter personas insignes, ex qua tota Respubl. turbari & scandalum publicum oriri posset arg. l. 21. §. 1. ff. d. captiv. & postlim. rev. Unde refert Panorm. inc. fin. de re judic. qvod, ubi duo domini non possunt convenire in re-gimine terrarum suarum communium & non divisarum, su-perior. inducere eos possit ad concordiam, ut regant alternis vicibus. 3. Si timor majoris mali subsit, nescil. partes ad arma veniant l. 13. §. 3. ff. d. usufruct. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quest. cent. 5. cas. 442. n. 9. Carpz. part. 1. const. 1. def. 11. n. 3. & 4. 4. Si partes diu litigassent, & causa admodum sic dubia & in-tricata, ut de facili expediri nequeat c. placuit. dist. 90. Ayrer. d. cap. 2. Obs. 3. n. 10. ibique alleg: Idem s. procedit in causa crimi-nali, antequam committatur delictum arg. l. 5. C. d. bis qui ad Eccles. conf. Vid. Gail. de pac. publ. d. cap. 18. n. 8. & seqq. Ut non im-

immerito hinc appareat, dictum illud: *omnia prius experiri
verbis, quam armis, sapientem decet, etiam in hac materia of-
ficium suum, imo utramque paginam facere.* Qvod dictum,
loco inauguralis Disputationis, exemplis illustrandum, ejus-
que occasione leges præcipuas istuc spectantes explicandas sibi
sumpsit Clarissimus ac Prænobilis DN. noster **CANDIDATUS**
JOACHIMUS GOTHOFREDUS STEMWEDE. Natus
autem is est Sverini, Anno post Christum natum M DC LXI.
Mense Novembr. Patre, Viro Amplissimo ac Prudentissimo
DN. **SIMONE STEMWEDEN**, Consule Urbis Sverini, &
Matre sui sexus virtutibus Ornatissima **MARGARETHA**
Lieckhorsten. Qvi parentes, adhuc dum superstites, in id
maxime incubuerunt, ut rufus ejus & adhuc infirmus animus,
a primis annis optimis disciplinis & studiis imbueretur. Hinc,
cum ingeniū putarent qvodammodo capax, Scholam Patriam
frequentare illum jusserunt, in qua usus est Dn. M. P. Mulleri,
Rectoris, & Dnn. Christiani Luttichii, Johannis Alberti Schrö-
deri, Joachimi Mollii, Con-Rectorum fidelis informatione. Po-
stea, annum forte 16. cum complevisset, jussu Parentum con-
tulit se Lubecam, cuius Gymnasio per annum & semestre in-
terfuit, Rectorem tum temporis Dn. Abrahamo Hinckelmanno
& Dn. Lippenio Con-Rectore. Domum iterum reversus, & Dn.
Bervvardi Rölichii h. t. Rectoris Sverinens. privatissima infor-
matione exceptus, in stylo, Logicis, Historicis, Geographicis,
aliisque Philosophiae partibus diligenter instructus est. Qvibus
fundamentis probe factis, studii Juris addiscendi cupidus, ad
hanc nostram Academ. Rostoch. se contulit, ibidemq; non so-
lum solidiora Politices, sed etiam prima juris elementa & prin-
cipia, Præceptore ac Hospite Dn. Johanne Sibrando, U.J.D. &
Prof. Decret. famigeratiss. Amico, Collega ac Fautore nostro
æstimatissimo hausit, nec non reliquorum Nobiliss. Dnn. Pro-
fess. ac Collegarum favorem, frequentando Collegia & Publ.
& pri-

et privata insinuerit sibi conciliavit. Annus cum in hisce
principiis addiscendis abiisset, missus à Parentibus suis est in
Academiam Jenensem, ut in ista studium Juris continuarer.
Nactus autem ibidem est priuatōs Præceptores Nobiliss. ac
Consult. Viros Dn. Adriānum Bajerum, J. U. D. famigeratiss.
Dn. Christoph Hartungium, Philos. & U. J. D. celeberrimum,
ut & Dn. J. B. Frisen, U. J. D. fulgidiss. nec non Lectionibus &
Disputat. Nobiliss. & Excell. Dnn. Profess. & audiendo & di-
sputando & opponendo sedulus interfuit. Horum autem q-
uoniam auspicio ac ductu, in utroqve jure, omniqve ejus par-
te, tantos tandem fecit progressus, ut ad nostram Academ. re-
versus, nomen suum ampliss. Facultati nostra Juridicæ pro-
fessus fuerit. Et cum ad examen rigorosum admitteretur, o-
mnium Assessorum suffragiis dignus judicatus est, cui, pro sum-
mis in Utroqve Jure honoribus ac privilegiis conseqvendis,
Disputationem Inauguralem habendi potesta\$ concederetur.
Cum autem illa B. C. D. ad diem 9. Julii iu Auditorio Majori,
horis ante- & pomerid. sit habenda, qvo solennior existat, meo
& Ampliss. Facult. nomine Magnif. Dn. R E C T O R E M, Omnes
omnium Facultatum, Professores, Doctores, Licentiatos, ver-
di Divini Ministros, Philosophia\$ Magistros, suis titulis & ho-
norib\$ splendidissimos, Nobiliss. Dnn. Studiosorum Coronam,
omnesqve adeo Literatos Literarumqve Fautores ea, qva
par est, observantia & humanitate
invito.

P.P. Rostochi Sub Sigillo Facult. Jurid. die 28. Junij, A. 1685.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74170756X/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74170756X/phys_0011)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn74170756X/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn74170756X/phys_0012)

DFG

immerito hinc appareat, dictum illu-
verbis, quam armis, sapientem decet, c-
ficium suum, imo utramque paginam a-
loco inauguralis Disputationis, exempli
que occasione leges præcipuas istuc spe-
sumpsit Clarissimus ac Prænobilis DN.
JOACHIMUS GOTHOFREDUS S.
autem is est Sverini, Anno post Christu-
Mense Novembr. Patre, Viro Ampliss.
DN. **SIMONE STEMWEDEN**, Coi-
Matre sui sexus virtutibus Ornatissima
Lieckhorsten. Qui parentes, adhuc
maxime incubuerunt, ut ruditis ejus & a-
primis annis optimis disciplinis & studi-
cum ingeniu putarent qvodammodo ca-
frequentare illum jusserunt, in qua usu
Rectoris, & Dnn. Christiani Luttichii, Je-
deri, Joachimi Mollii, Con-Rectorum si-
stea, annum forte 16. cum complevisset,
culit se Lubecam, cuius Gymnasio per-
terfuit, Rectorem temporis Dn. Abra-
& Dn. Lippenio Con-Rectore. Domum i-
Bervvardi Rölichit h. t. Rectoris Sverine
matione exceptus, in stylo, Logicis, Hil-
aliisque Philosophiae partibus diligenter
fundamentis probe jactis, studii Juris a-
hanc nostram Academ. Rostoch. se cont-
lum solidiora Politices, sed etiam prima
cipia, Præceptore ac Hospite Dn. Johani
Prof. Decret. famigeratiss. Amico, Coll-
estimatisimo hausit, nec non reliqvoru-
m, ac Collegarum favorem, freqventa-



ius experiri
materia of-
od dictum,
lum, ejus-
candas sibi
NDIDATUS
E. Natus
DC LXI.
entissimo
Sverini, &
RETHA
ites, in id
us animus,
ur. Hinc,
m Patriam
P. Mulleri,
erti Schrö-
tatione. Po-
ntum con-
mestre in-
kelmanno-
sus, & Dn.
ima infor-
graphicis,
t. Qvibus
pidus, ad
q; non so-
ta & prin-
U. J. D. &
re nostro
Dnn. Pro-
la & Publ.
& pri-